



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Modus Recte Se Disponendi Ad Felicem Mortem

Poiré, François

Coloniae, 1651

Scopvs Hvivs Opvscvli Et Avctoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55160)





SCOPVS  
HVIVS OPVSCVLLI  
ET AVCTORIS.

**A**Mice Lector, cum ijs temporibus vicia-  
mus, qua perpetuo mortis imagine  
stris sensibus ingerant; occinam tibi  
quod simili occasione S. Gregorius dixit: O-  
portere hominem illum omni prorsus sensu  
deslitui, quem res illa, vnde tota possit ne-  
tura exhorrescere, non percellat. Quocumque  
te vertas, videas mortis falcem in messis  
suam scuire, pestemque quotidie aufertis  
quidquid à bello reliquum mansit: si que  
verò sit huic & illi superstes, eum in pauper-  
tatis & inopia manus incidere; qua tanta  
magis est timenda, quanto lentius occidit.  
Paulatim urbes vertuntur in solitudines  
&agri cadaveribus sternuntur: illic autem  
ubi nihil horum malorum adhuc grassatur,  
gemunt futuri expectatione non secus, quam  
si tolerarent. Qui alius rem expendunt, in  
in eam sententiam veniunt, veluti Deus  
tam communi incendio, novum denuo mu-  
dam moliretur. Et tu his in super habitantibus  
per somnium quidem de morte cogitabis.



Intertus, eius te vires euasurum?

Ut igitur memineras, precipuum hoc omnium negotiorum esse, vitam recte finire: & bene vitam instituendo, te morti probe consulere; quandoquidem mors non tantum nobis ad aeternitatem viam sternit; sed in ea cardo salutis versatur, considera, hic negotium a singulis tantum semel peragi: usque nos doceri, plerumque illa a nobis imperite tractari, quae rarius exercemus. Fateari sane necesse est, temeraria hominis esse, cum hora unius tiro fit, artis specimen & successum polliceri; quod, si male succedat, emendari non possit. Cogita, multa aliunde accidere, quae illam reddant longè difficillimam, incommoda corporis, sollicitudinem mentis, cogitationes de futuris ancipites, praesentium tristes curas, communis hostis insultus, qui tunc rabiem aliorum temporum longè superabunt, disunctionem generatim ab his omnibus faciendam, quae nobis in amoribus erant: ne dicam de diuersis malis, quae rationis usum interuertunt, de stupore & hebetudine sensuum, de morborum acerbitate, qui animam suimet impotentem, & ad omnia alia inattentam efficiunt, de inopinatis casibus, qui saepe nihil cogitantes corripiunt,



ant, & nonnunquam è vitâ exturbant, prius  
quam dispicere possis, quo sit eundem.

Equidem hac cogitatio perpetuò pulsare  
nostras mentes deberet: hoc verò auro, quo  
nos vini nris, aliquod genus necessitatis est,  
mortis ante omnia saepe meminisse. Id quod  
me exstimulauit, ut prauis aliquor rationi-  
bus viam sternerem, ad successum operis tam  
ardui promouendum. Si rationem operis &  
consilij mei ex toto non prebas. occurret ta-  
men fortassis aliquid, quod tibi occasionem  
prebeat, aliquid melius extendendi. Mibi  
satis erit, hoc exiguum opus vulgare, in  
genuo studio, tibi in causâ ora-  
nium maximâ grauisimâ  
que seruiendi.